



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 52. Adducuntur duo exempla, alterum à Christi persona sumptum,
alterum ab aquarum & riuulorum obstructione & collectione.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

*Vitam
rectā
agere.*

vt vitam ducamus omnibus numeris absolutissimam, & actionibus nostris eò toti feramur vt sanctissima Dei præcepta seruemus, & vias nostras ad eius diuina mandata accomodemus, vt verè cum Dauide dicamus, Psalm. 38. 2. *Dixi: Custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.* Idq; ad exemplum Pambonis Abbatis, de quo cap. 42. num. 3.

CAPVT LII.

Adducuntur duo exempla, alterum à Christi persona sumptum, alterum ab aquarum & riuiulorum obstructione & collectione.

*Ad
Christi
Domini
exemplū
confir-
gere.*

Sextum medium est & omnium scutissimum, confugere ad exemplum quòd nobis in monte ostensum est, iuxta id Exod. 25. 40. *Inspece & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Hoc est illud exemplum Christi Domini patientis. Vnde inchoans pas-

tionem

tionem ab humilitate, inquit, Ioan. 13. 15. *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Cuius quoq; exempli D. Petrus, 1. Pet. 2. 21. 22. faciens mentionem, ita scribit. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Quale autem exemplum prębuit silentij, primò patet in dicto loco, quòd peccatum non fecit: ergò nec in lingua peccauit, per linguam enim nos peccare, multis capitibus à cap. tertio ad 20. superius ostendimus. Secundo, non est inuentus dolus in ore eius, vt hinc dicitur, & Isai 53. 9. Tertiò, quia ad falsa testimonia conticuit. Matth. 26. 60. 61. 62. 63. *Cum multi falsi testes accessissent, nominissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt. Hic dixit: possum destruere templum Dei, & post triduum*

Custodia
oris
Christi.

re edificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi. Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Similia Marc. 14. 61. Sic Pilato interroganti. Ioan. 19. 9. 10. Unde est tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dixit ergo ei Pilatus: mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Vide plura cap. infra, 37. num. 1. & cap. 54. num. 13.

Ex collectione fontium aut aquarum.

Septimum medium est, exemplum capere ex collectione fontium & aquarum, quæ obiectis repagulis, & quasi ostijs colliguntur. Quòd pulchrè docet Smaragdus sic scribens in caput quartum regulæ S. Benedicti. Humana etenim mens aquæ more, & circumclusa ad superiora colligitur, quia illud repetit vnde descendit, & relaxata deperit, quia se per infima inutiliter spargit. Quot enim su-

per se vacuis verbis à silentij sui cē-
 sura dissipatur, quasi tot riuus extra
 se ducitur. Vnde & redire interiùs
 ad sui cognitionem non sufficit,
 quia per multiloquium sparsa, à se-
 creto se intimæ cōsiderationis ex-
 cludit. Hæc ille. & rectè quidem.
 Religiosus enim & perfectus Chri-
 stianus nihil aliud agit quàm vt flu-
 mina colligat aquæ viuæ, quæ de vē-
 tre eius fluunt, qui in Christum cre-
 dit, iuxta id dictū Christi saluato-
 ris, Ioan. 7. 39. *Qui credit in me flu-
 mina de ventre eius fluent aqua viuæ:
 hoc autem dixit de Spiritu, quē acce-
 pturi erant credentes in eū.* Signa au-
 tem magnæ fidei sunt ea quæ exer-
 cent religiosi, quæq; à D. Paulo ca.
 ii. epistolæ ad Hebræos collecta
 sunt, sicut v. 4. offerre plurimam
 hostiã cum Abel, v. 5. Placere Do-
 mino cum Henoch. Et v. 7. cū Noë
 aptare arcã in salutem domus suæ,
 tam corporis, quàm animæ, ver. 8.

Reli-
 giosus
 colli-
 git flu-
 mina
 aquæ
 viuæ.

Signa
 ma-
 gnæ fi-
 dei ho-
 minis
 religio-
 si.

Cum Abraham exire de cognatione sua & in terra aliena in casulis habitare & exspectare, *Fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.* Demum illa fide vers. 37. primi religiosi, alij ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij. Vt in ordine nostro ex primis D. Benedicti discipulis S. Placidus Abbas, cum triginta monachis circa annū Domini 532. à Piratis sub Duce Mamucha martyrio affectus fuit. *Mortui sunt, circumnierunt in melotis, in pellibus caprinis, e-gentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis & in cauernis terra.* Vide quanta flumina aquæ viuæ à tam sanctis patribus collectæ, quæ omnia obiecto silentij repagulo conseruantur, vt fluminis Spiritus sancti im-

S. Placidus
protomartir
venerabilis
dicis
corum

petus, Psalm. 45. 5. lætificet ciuitatem DEI, qui per loquacitatem multorum Christianorum aliàs facile dilabitur.

CAPVT LIII.

Adduntur tria alia media, vnum ex similitudine balnei, alterum freni, & tum vt quis cogitet se indignum vt loquatur.

Octauum medium est, considerare qua ratione balneorū calor conseruetur. Nulla id enim ratione meliori fieri potest, quàm si ianua benè claudatur, ne calor ad exteriora sese recipiat. Cor nostrū balneum est feruentissimum, vti fuit cor Ioseph Patriarchæ de quo Psalm. 104. 19. *Eloquium Domini inflammavit eum, misit rex, & soluit eum.* Et Dauidis, Psalm. 72. 21. *cūm inquit. Quia inflammatum est cor meum.* Sic duo discipuli in Emaus dicunt, Luc. 24. 32. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dū loqueretur nobis in via. & aperiret nobis scri.*

Ex calore balnei